

v. 1 « *Facta est quoque famae in diebus David tribus annis iugiter, et consuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus : Propter Saul et domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas* ». Ille modus indicandi temporis ostendit, haec cum praecedentibus non connecti ordine stricte chronologico (*Sanet., Clair.*) *Vulg.* LXX post domum leghant suffixum, ergo cum LXX imendum : *Propter Saul domumque eius culpa sanguinis est.* — v. 2 *Vocalis ergo Gabaonitis, rex dixit ad eos — Porro Gabaonitae non erant de filiis Israel, sed reliquiae Amorrhæorum; filii quippe Israel invaserant eis, et voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel et Iuda.* » *Iuraverant, e quod non occiderentur* » *Ios. 9, 15. Gabaonitae Ios. 9, 6 (7); 11, 19 dicuntur Hevæci: Amorrhæorum nomen pluribus gentibus videtur fuisse commune. Hebr. eo quod zelaret pro filiis Israel et Iuda.*

Iam quae et quando fuerint hæ Saulis cum Gabaonitis iniurictiae, tacent scriptura, definire non valens. Nota, quae diximus ad 4, 2 sq., eas probabiliter locum habuisse simultaneæ cum alteris contra Berothites iniurictis. Conicit *Calm.* locum habuisse, quo tempore Saul, occisio in Nobe sacerdotum, tabernaculum transiit in Gabaon; meminitque *Malv.* conjecture quorundam, id esse factum, quo tempore Saul abstulerit magos et ariolos 1 Reg. 28, 3, et quidem studio exsequendi mandate Deut. 7, 2, 24, in quibus tamen los 9 exceptionem statuerat pro quatuor urbibus Hevæcorum. Voluit utique San Gabaonitis vitam adimere, securus enim non egisset contra iuramentum Ios. 9. Insuper h. 1. doceatur, eum praetendisse zelum pro Hebreorum natione, ergo sane appellasse ad mandata Deut. 7, 2, 24. De facto debuit res cedere utilitati Beniaminitarum, intra quorum fines ea urbes sitae erant, cf. dicta ad 4, 2 sq.

v. 3 « *Dixit ergo David ad Gabaonitæ : Quid faciam vobis? et quod erit vestri piaculum, ut benedicatis haereditati Domini?* » Benedictio est pia honorum apprecio, amici animi index, cf. 13, 23; 19, 39: « acsi dicat : Ne efficiatis, ut divina nobis maledictio exitio sit, sed potius orate Deum, quem vestrae vexationis vindicem habetis, ut cohibeat ultricem manum ab inferenda plaga » (*Sanet.*). v. 4 « *Dixeruntque ei Gabaonitæ : Non est nobis super argento et auro quaestio, sed contra Saul et contra domum eius; neque volumus, ut interficiatur homo de Israel.* »

Hebr. : *Non est nobis argentum et aurum cum Saul et cum domo eius, et non est nobis vir ad interficiendum in Israel.* Patet, utrumque non est in eadem sententia eadem ratione esse interpretandum. Ubi *Vulg.* quod sensum suplavit vocem, que v. 4 quidem non exprimitur, sed a v. 5 suggestur : *Neque volumus, ut interficiatur alius homo de Israel.* Aliam versionem proponit *Then.* : « *Non licet nobis accipere*

APPENDIX AD HISTORIAM DAVID REGIS 2 Reg. 21-24.

Rationes, ob quas haec capita appendixis instar narrationi subnectimus, atque in illis sex diversa documenta nequaquam ordine chronologico disposita, ex auctoritate interpretum et ex ipso textu distinguimus, habes Intr. n. 40.

1) Ulterior ruina domus Saul 2 Reg. 21, 1-4.

Arg. — Propter Saulis in Gabaonitas iniustitiam regnante David saevit famæ. Gabaonitis poscentibus septem Saule prognati morte plectuntur, Miphiboseth ob Ionathæ fidem servato. Post quorum supplicium cessavit plaga.

Hoc factum non ad finem, sed potius ad initia regni Davidici pertinuisse, inde fit probable, quod filiorum et nepotum Saul nulli recenseantur liberi; unde videntur illi viximus puberes interisse. Quod confirmatur Davidis quæstiōne 9, 1 : « *Putasne, est aliquis, qui remanserit de domo Saul?* » Quæ supponit, excepto Miphiboseth totum tum Saulis progeniem fuisse extinctam. Ex v. 7 liebit forte coniicere, eo fere tempore eos esse interemptos, quo Miphiboseth, filius Ionathæ, ad aulam est accitus, quod unique factum est ante bellum Ammoniticum. Haec vero narratio, licet per modum appendixis annexa, nequaquam a praecedente narratione est aliena. Complet quippe narrationem ruinæ domus Saul, cui tota Davidis Historia innititur.

argentum vel aurum, respectu Saul eiusque domus, neque licet nobis quemquam Israelitam interficere ». Supponuntur alludere ad Num. 35, 31 : « Non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis, statim et ipse morietur » ; qua quidem lege non tenebantur Gabaonitae, nisi supponantur legem Mosaiicam suscepisse, quodsi locum obtinuerit, vix potuisse Saul tanto in eos zelo agi. Illis non licuisse virum Israelitam interficere, ideoque ad id regis permissione indiguisse, utique probable est. Planius est versio *Vulg.*, cui *Chald.* assentitur.

« Ad quos rex ait : Quid ergo vultis, ut faciam vobis ? » v. 5 « Qui dixerunt regi : Virum, qui atrivit nos et oppressit inique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel ». At quomodo hoc ? virum extirpare volunt, ut nulla ei relinquatur posteritas, et tamen Miphiboseth eius nepotem negligunt, et septem viris contentos se fore declarant ?

Formam *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל* *Vulg.* (*deleto debemus*) et altera lectio LXX (*ἀποτίσωμεν*), si tamen ea vox genuina sit) niphil interpretatae sunt, quae versio quadrat cum Athnach *Masor.*, sed eam, quam modo expressiores, parit difficultatem. *Chald.* punctatabat præteritum niphil : *deleti sumus, ne permaneamus de stirpe nostra ne unus quidem* etc. verum ante illud niphil expectares copulam, hingentem hanc querelam præcedentibus querelis. LXX (*ἀποτίσωμεν ἀπόθεσσας ἡμάς*) et *Syr.* punctabant infinitivum niphil, et iungunt cum voce præcedente : *cogitauit contra nos, ut deleret nos, ne permaneneremus etc.* Ufū adverte eam vocem, quam *Vulg.* verili oppresit inique, recte a *Chald.* LXX *Syr.* veri cogitauit. Ergo Gabaonitae nequamque petunt, ut extirperetur dominus Saul, sed tantum ut congrua satisfactio concordatur, interfectis septem eius posteritis. Sententia, ut saepe apud Hebreos, est anacoluthica : *Virum dentur nobis septem viri.*

v. 6 « Dentur nobis septem viri de filiis eius, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam — vocem adiecit *Vulg.* — « electi Domini. Et ait rex : Ego dabo ». Non potuit rex petita denegare secundum Num. 33, 33 : « Ne aliter expiri potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit ». — *Domino*, « ad eum vobis placandum et reconcilandum, iure eius exequendo in familiam istam » (*Malv.*). — *In Gabaa Saul* : « Miserrum putatur et ignominiosum, magis ibi aliquem pati, ubi prius cum magistratu et splendore vixerat » (*Sanct.*). — *Electi Domini* : *Castilio* et post ipsum *Calm.* pro *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל* consent uti v. 9 legendum *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל*, *in monte Domini*, sc. in excelsa Gabaa. Alii putavere Saulem a Gabaonitae dici electum Domini ironice : at num eiusmodi ironia uti coram rege David ausi essent Gabaonitae ?

v. 7 « Pepercitque rex Miphiboseth, filio Ionathae, filii Saul, propter iusserandum Domini, quod fuerat inter David et inter Ionathan, filium Saul » (1 Reg. 20, 15). Sensus obvius 9, 4 sqq. is est, interemp-

tos esse septem viros de filiis Saul, priusquam David fieret certior superesse Miphiboseth, filium Ionathae. Nonni si illis sublati videtur locus fuisse quaestio : « Numquid superest aliquis de domo Saul? » Ergo h. 1., quae brevi interieco spatio evenere, narrantur per modum unius : Pepercit rex Miphiboseth, et tulit duos filios Respha etc. v. 8 « *Talit itaque rex duos filios Respha, filiae Aia, quos peperit Saul, Armoni et Miphiboseth, et quinque filios Michol, filiae Saul, quos generat Hadrieli, filio Berzellai, qui fuit de Molathi* », v. 9 « et dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixiverunt eos in monte coram Domino ; et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipientie messione hordei ». De Respha etc. 3, 7. Pro Michol legendum cum keri Merob, ea enim nupsit Hadrieli 1 Reg. 18, 19, et *Syr.* 372 evidenter corruptum est ex *כְּבָר* et non ex *כְּרַב*. *Chald.* utrumque nomen compingit. *Coram Domino* idem sonat atque *Domino* v. 6. Messis mention fit, ut indicetur tempus, quo coepit Respha, quae v. 10 referuntur, peragere. Discimus ex hoc textu, messem initium duxisse a messe hordei, dum messis tritici (Gen. 30, 14; Lev. 23, 10 sqq., Deut. 16, 9 sqq.) ultima erat, quam sequebatur festum pentecostes. v. 10 « *Tollens autem Respha, filia Aia, cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de caelo, et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem* ». Hinc et ex v. 13 colligimus decretum fuisse Gabaonitis, relinquenda esse cadavera in patibulo, quoad pluvia cadere de caelo (*Malv.*), « quod signum erat, Deum esse placatum et iam famem mitigandam » (*Est.*). Ast hinc rursum infer cum *Sanct.*, Gabaonitas eo tempore legem Mosaiicam non suscepisse, secus tenebantur lege Deut. 21, 23 : « Non permanebit cadaver eius in ligno sed in eadem die sepelietur ». Diutius illi cadavera in crucibus retinenda decreverunt, quo penitus discenter Iudaci, non impune violari fidem Gabaonitis quandam datam.

« Quantum temporis maternas illas et assidas excubias egerit Respha, ex scriptura non constat, quia neque certo cognoscitur, quo tempore stillare coepit pluvia coelestis » (*Sanct.*). Id cum *Menoch.* credimus accidisse « non multo post » ; quod etiam *Ios.* sentit. Admiracionem sane facit, reperi etiam interpres, qui Rabbinos secuti Respham affirmant ab aprili ad octobrem exuberasse, quod tempus est annuarum pluviarum. Cogita intolerabilem putrescentium cadaverum foctorem, in quibus brevi praeter ossa custodiendum superserset nihil. Potius cum *Theodoret.* teneamus : « Sumpto de eis supplicio placatus est Dominus, et nubium resolvit prægantiam, et terram iussit more solito producere fructus ». — Nou inepit *Calm.* : « *Animadverte*, inquit, « veterem morem excubias agendi ad cadavera reorum e cruce pendentium ». Item *Sacy* matres christianas monet, ut saltem tantum pro liberis praestent vivis, quan-

tum praestitit Respha pro mortuis, ut diu noctuque illis invigilent, ne gratia Dei illis eripiatur.

Cilicium, saceum נס, vestimenti genus asperum, quod vel poenitentiae vel luctus causa assumebatur. *Substravit*, ut in illo consideret (*Sa*), non pro tentorio *defixit*, ut cogitasse videntur *LXX*. *Supra petrum*, בזין נס, pro quo *Sa* legebat אל הנאץ humili, lectione paulum differente, quaue sua probabilitate non caret.

v. 11 « Et nuntiata sunt David, quae fecerat Respha, filia Aia, concubina Saul ». v. 12 « Et abiit David et tulit ossa Saul et ossa Ionathae, filii eius, a viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistini, cum interfecissent Saul in Gelboe »; v. 13 « et asportavit inde ossa Saul et ossa Ionathae, filii eius; et colligentes ossa corum, qui affixi fuerant », v. 14 « sepeliebant ea cum ossibus Saul et Ionathae, filii eius, in terra Beniamin, in latere, in sepulcro Gis patris eius ; feceruntque omnia », « ad funus spectantia » (Menoch.), « quae praecceperat rex, et repropitiatus est Deus terrae post haec ». Notabamus ad 1 Reg. 31, 13, probabiliter solas carnes Saul et filiorum igni absumptas, relicta ossibus. Pro in latere cum Chadd. Syr. retine nomen proprium Sela, quae erat urbs tribus Beniamin, haud procul, ut videtur, a Ierusalem Ios. 18, 28. Repropitiatus est etc. : pluviam immisserat iam v. 10 sed, ea continuante, messis matutinu ac tandem fames subtala est.

Bethsan, cf. 1 Reg. 31, 10 sqq.. Ibi dicebantur suspensa cadavera in porta urbis: platea illi erat sensum portam, cf. expressiones 2 Par. 32, 6 «in platea portae civitatis», et 2 Esdr. 8, 1, 3, 16 «platea, quae est ante portam aquarum». — *Sepelierunt ea cum ossibus eius*: durum es h. l. partulum **fin** veftere *cum*, quae immediate ante te uspaphatur in mera nota accusativa; unde suadetur, geminata esse voces, quas h. l. sola praeservavit LXX : et sepelierunt ossa Saul et Ionathae filii eius, et ossa eorum, qui affari fuerant.

2) Quatuor bella contra Philisthaeos gesta 2 Reg. 24, 15-22

Versus 13. 18. 19. 20 omnes incipiunt formula *זה עז כלcobha*, et *factum est rursus bellum*, quae continuationem alicuius narrationis bellorum exprimit et hinc non est apta copula inter v. 13 et praecedentem narrationem. Ergo nostra pericope est fragmentum ex alia aliqua bellorum narratione derivatum: fortasse in fastis David eorum, quae cap. 5 narrantur, bellorum contra Philistaeorum narrationem excipiebat. Eadem, prima expeditione e quatuor omissa, habetur 1 Par. 20, 4-7; sed ibi s. auctor, qui nobeat eam in forma fragmenti retinere, sed potius reliquæ narrationi conformare cupiebat, levè adhibita textus mutatione, primæ

הנגיד מלוכה היה עד מלחמה mutavit in bellum, « et ortum est bellum », omissa voce *rursum*. Sententiam, quae illa quatuor bella prius gesta esse, ordinemque chronologicum in hac narratione deserit defendit, *Sanct.*, utvis ipse dissentiat, communem vocat et antiquam. Sane haec bella obtigisse crediderim in priore regni Davidie parte, quo tempore Goliath Gethaei frater (cf. v. 19 cum 1 Par. 20, 5) adhuc esset inter vivos.

v. 13 « Factum est autem rursum proelium Philistinorum adversum Israel, et descendit David et servi eius cum eo, et pugnabant contra Philistinum. Deficiente autem David », v. 16 « Iscibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferruni hastae trecentas uncias appendebat » (4' - 911 Kilogr.) et accinctus erat ense nono, nisus est percutere David ». Tota narratio sapit tempus antiquius, a temporibus regni Saul non ita multum remotum. Adest David cum suis servis ; quamvis Abisai proxime ei adstet, et postea Sobochai (1 Par. 11, 29), tamen legionis Gibborum nulla fit mentio, neque legionum Cerethi et Phelethi. — Arapha seu Rapha est progenitor tribus cuiusdam insignis proceritatis, qui tempore Abraham reperiebantur in Astharoth Carnaim Gen. 14, 3, tempore Moysis in Basan Deut. 3, 11 ; Ios. 12, 4; 13, 12, cuius urbs erat Astharoth Carnaim ; inter Ammonitas nomen nacti erant Zomzommium Deut. 2, 20 ; cf. Deut. 2, 10 sq. *Genus*, γένος videtur esse vox archaica, quae fere de sola gigantum progenie adhibetur.

Locus pugnae, alter ac seors, non nominatur; fortasse excludit; certe eae textus mutationes, quas proponit Wellh., fundamento critico desumptum. — Suggit Calm., formam Iesibeni בֶּן־יְהָבֵד oriri potuisse ex נַבְנִי נָבָן, ergo: Iesi, filius Nob. — Chald. LXX et pondus ferri hastae eius trecenti sicuti ponderis aeris; in Hebr. קָשׁ excludit ob similitudinem cum בְּקָשָׁם. Pondus autem aeris dicitur, ut describatur non ponderis, sed rel. ponderante natura (Calm.), germ. "Gewicht an Erz." Sexcentorum sicutorum Reg. 17, 7 fuerat ferrum hastae Goliath. — Ense novo: ita Vulg. Syr. Hebreæa vox utique aliquid novum exprimit, quod a Chald. vertitur cingulum, a LXX κλαύστρον, a Symm. πάγκιζα, a Thond. παγκάσων, a Ios. βίσσα ισονόμωτος; thorax catenatus, vel οφέζας. Quae versionum discrepantia, satis evincit, ne antiquis quidem antore, quod armorum genus intelligeretur, probe perspexisse. Rem fortasse non incepit hac vice imaginatus est Ios., fusse regem a gigante iamiam humi prostratum: euusmodi sinistri eventus in fastis regum orientis consignari haec conseruunt.

v. 17 *Praesidioque ei fuit Abisai, filius Saruiae, et percussum Philisthaeum interfecit. Tunc iuraverunt viri David dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extingucas lucernam Israel.* Utrum id postmodum semper servatum fuerit, non constat: cf. 18, 2 sq.; 41, 1 et 42, 27 sqq.; 40, 7, dum e contra 40, 17 ipse David egressus esse videtur.

v. 18 « Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthaeos. Tunc

percussit Sobochai de Husathi Saph de stirpe Arapha, de genere gigantum. 1 Par. 20, 4 addit et humiliati sunt, sc. Philisthaei. *De genere gigantum non est nisi altera versio vocum de stirpe Rapha: ergo delendum.*

*Hebr. Et factum est post hoc, et factum est rursus proelium; ergo non fuit secundum, si nostra narratio sit continua narrationis cap. 5; est utique secundum in ordine bellorum, quae nostrum fragmento recensentur. — Loca pugnarum v. 18 sqq. quod atinet, tertium pugnam v. 20 textus omnes assignant urbe Geth. Primam h. l. *Hebr. Vulg. Chald.* assignant loco ceteroque ignoto Gob, pro quo LXX *Syr.* Goth; ad 1 Par. 20, 4 autem omnes Gazer, praeter *Syr.*, qui Gazam scribit; Gazer etiam habet Ios. Pro secunda pugna v. 19 *Syr.* h. l., et 1 Par. 20, 5 omnes, item Ios. nullum locum assignant; *Hebr. Vulg. Chald.* Gob; LXX fluctuat inter Pôpa, Pôpô et Nôgô, sed ultima lectio in alteram Gob refunditur, cum multi codices hebr. v. 18 sq. pro Gob habeant Nob. Hinc adest aliqua probabilitas Gob non esse nisi mundum pro Geth, vel etiam pro Gazer. Cf. 5, 25, ubi dicebatur David percussisse Philisthaeos' usque Gazer, et 1 Par. 18, 1, ubi dicebatur potius esse urbe Geth: quae altera expressio nostrum hoc bellum referret ad tempus, per quo ibidem et supra 8, 1 agebatur. — Sobochai 1 Par. 11, 29 inter Gibborum recensetur, 27, 11 dux octavae turmae describitur, 2 Reg. 23, 27 (*kerî*) rursum heroiom David admiratur. *הַבָּשָׂר* patronymicum est a *חֶבְשָׁה* 1 Par. 4, 4, *Vulg. Hosia*, loco tribus India: ergo accuratius Sobochai de *Chald.*. — *Saph:* pro סָפָה 1 Par. 20, 4 סָפִי; hoc etiam latitat in *סָפָה*, quod h. l. legit *Syr.**

v. 19 « *Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthaeos, in quo percussit Adeodatus, filius Saltus, polymitarus Bethlehemites, Goliath Gethaeum, cuius hastile hastae erat quasi licitorium texentium.* » Quandoque *S. Hier.* abripitur pruritus transferendi nomina propria. Noster heros hebreus est Elchanan, *filius Iair*, qui nequaquam necessario idem est cum Elchanan, filio Dode (quod *Vulg.* perperam translit. « patrii eius ») 23, 24 et 1 Par. 11, 26, iam *Piscator* et *Calm.* intellexerunt, *בְּנֵי polymitarus*, quod h. l. intromittit *kerî*, non esse nisi ultimam versus vocem (*Vulg. texentium*) huc inadvertenter translatam, et genuinum esse textum 1 Par. « *וְהַנְּדִיבָה שְׁאֵלָה לְבָבָה* » percussit Elchanan filius Iair Lachmi fratrem Goliath. « *וְהַנְּדִיבָה שְׁאֵלָה* » ob praecedens simile *מְכֹרֶב* facile excidebat, et pronum erat *לְכֹרֶב* mutare in *בְּנֵי*, quo noster Elchanan Bethleemites evaderet et ita facilius cum altero Elchanan Bethleemita 23, 24 confundenderetur. — *Cuius hastile etc. : idem 1 Reg. 17, 7 de hasta Goliath dicitur, — par nobile fratrum.*

v. 20 « *Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui se nos in manibus pedibusque habebat digitos, i. e. viginti quatuor, et erat de origine Arapha.* » Sexti digiti, frequentius in manibus, rarius in pedibus, apud alios quoque variorum temporum homines observabantur. « *Idem quod 2 Reg. 21, 20 narrant Acta Academiae Paris. 1743 de infante aliquo sexdecim mensium, qui senos in manibus pedibusque habebat*

bat digitos; videlicet Savard Parisiensis in loco, qui Hotel Dieu audit, infantem recens natum denos in manibus pedibusque habentem digitos. Erat in Anglia, teste Lond. med. Gaz. vol. XIV Apr. 1834, familia Copsey, in qua a patribus solito maiore digitorum numero praeditis filii genitoribus haud absimiles preorebantur ». *J. B. Friedreich*, Zur Bibel, Nürnberg 1848, I. 298 sq. — v. 21 « *Et blasphemavit Israel; percussit autem eum Ionathan, filius Samaa, fratri David.* »

Samaa, idem qui 13, 3; 1 Reg. 16, 9. Pro Ionathan legit *Syr.* h. l., et *Arabs* tam h. l. quam 1 Par. 20, 7 *Ionadab*: quod fortasse solum irrepsit intitulu 13, 3. — *Vir excelsus*. Forma כָּדוֹן vel hominem dicti rixae; vel hominem de Meddin tribus Iuda Ios. 15, 61, sed verisimile non est, hominem Philistheum ex ea urbe fuisse orandum; vel est fortasse pluralis antiquatus vocis, quae 1 Par. 20, 6 legitur, ergo *vir proceritatis* (*Keil*); vel est corruptum ex בָּרוּת vel ex בָּרוּת (*Wellh.*), ergo *vir proceritatis*, gigas. Certe retinenda *Vulg.* versio.

v. 22 « *Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, et ceciderunt in manu David et servorum eius.* » *Quatuor* omisit 1 Par. 20, 7, ubi tres tantum expeditiones recensentur. Davidi adscribitur, quod per eius subditos gestum est; ceterum contra Ieshibenob ipse pugnavit, licet eum non ipse prostraverit (*Sanct.*).

3) Canticum petrae 2 Reg. 22, 1-51.

Hoc caput, cum idem sit cum Ps. 47 (18), h. l. non exponimus, sed Psalmorum interpreti variantes utroque lectiones conferendas et discutiendas permittimus. Si tempus exquiras, quo canticum concinnatum sit, non est necesse, ut illud post absoluta omnia Davidis bella confectum defendas. Tribuit quidem titulus carminis originem diei, « *qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul* ». Sed sufficit intelligere omnes inimicos, quos David habuerit usque ad tempus concinnati carminis; tum enim vere dici poterat liberatus esse David de manu omnium inimicorum suorum, licet postmodum alii etiam inimici in eum insurrexerint. Unde non immerito *Clair* censem concinnatum esse Carmen ante Absalom rebellionem, quod illud gaudio et exultatione redundet partae victoriae, David autem non supponendus sit tanto tripudio filii interitum fuisse celebraturus. — Si carminis materiam inspicias, illud utique intime connectitur cum promissione cap. 7 facta de domo Davidi a Deo aedificanda. Eam respiciunt ultimi versus verba: « *Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordiam christo suo David et semini eius in sempiternum* ». Eadem respicit tropus in toto cantico principalis, quique diversis vocibus synonymis exprimitur: est autem is tropus *Dei petrae*. Illum fronte praefert canti-

cum in ipso suo exordio : « Dominus petra mea (שֶׁלֶת) et arx mea mon-tana (חַזְוָן) et salvator meus ; Deus petra mea (שֶׁלֶת), scutum meum etc. ». Variis dein aliis imaginibus Dei protectio celebratur, sed v. 32 redit ad imaginem petrae : « Quis est petra (שֶׁלֶת) praeter Deum nostrum ? » Item v. 47 : « Benedicta petra mea, et exaltetur Deus petra (שֶׁלֶת), salvator meus ». Iamvero Dei petrae imago necessario quadamtempus fluit ex idea Dei domum aliquam fundaturi, aedificaturi, conservaturi. Confer ecclesiae ad Petrum i. e. petram, et ad Christum invisibilem petram relationem. Hoc canticum eum exprimit affectum, qui ex divina cap. 7 promissione piae ceteris oriri debuit, effectum firmissimae in Deum fiduciae. Evidens igitur existit nexus inter canticum et promissionem, eaque ratio est, cur hoc canticum piae ceteris psalmis omnibus appendicis instar libro Samuelis fuerit annexum. Imo equidem non infiratur, per diem, « qua liberavit eum (Davidem) Dominus de manu omnium inimicorum suorum », intelligi illud ipsum tempus, de quo 7, 1, « cum Dominus desisset ei requiem undique ab universis inimicis suis ».

4) Davidis ultimum eloquium propheticum 2 Reg. 23, 1-7.

ARG. — David, senio exhaustus sed spiritu Dei plenus, supremo et brevissimo carmine venturum regem Messiam, domui sue gloriam promissam, veluti et longinquum salutat : haec carminissima, haec eius in hunc Appendicem recepti ratio.

v. 1 « *Haec autem sunt verba David novissima* ». *Chald.* intellexit verba de rebus novissimis, at non is est sensus obvius hebr. vocis. *Michaelis* comparativum pro superlativo intelligit : Ecce canticum quoddam recentius illo, quod cap. 22 referunt, a Davide concinnatum. Sensus unice obvius ille est, quem *Vulg.* LXX. *Syr.* exprimunt : verba novissima, respectu non tam reliquorum psalmorum (*Vatabl.*), de quibus h. l. non est sermo, quam potius vitae Davidis (*Clair*), quam s. auctor narrandam suscepit. Intellige : verba, « quae spiritu afflatus propheticō edidit » (*Sanct.*), ut ex sequentibus patebit, et speciatim ex voce בְּנֵי his usurpata, quae nonnisi de dicto inspirato vel propheticō usurpari consuevit.

CARMINIS INTRODUCTIO. « *Dixit David filius Isai, dixit vir, cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psalter Israel* ». Ut hunc textum, qui difficultate non caret, penitus intelligamus, iuvat primum adscribere verba *Sanctii* : « Usitatum est prophetis, in principio suarum visionum certas aliquas præponere notas, quibus alii postea auctorem prophetiae certa aliqua notatione cognoscant, ut patet in Isaia, Ieremia, denique in prophetarum plerisque, quorum aliquid in principio præfigitur, quod genus prophetæ conditionemque describit.... Ab aliis pro-

phetis, qui sua scriptis oracula mandarunt, nullum habuit David, quod imitaretur exemplum, quia illos antecessit. Unum, credo, audierat, qui spirito loquebatur propheticō, cuius permanarant ad posteros oracula, qui pluribus signis titulisque se ipsum notaverat, eius imitatus consuetudinem David titulos sibi assumpsit non dissimiles. Hic fuit *Balaam* Num. 24, 3, qui aggressurus prophetiam ait : *Dixit Balaam filius Beor* ; dixit homo, eniū obturatus est oculus ; dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intutus est ; qui cadit, et sic aperientur oculi eius. Ad eius, ut reor, et aliorum exemplum, quorum oracula monumentis consignata non sunt, David hanc de Christo prophetiam exorsus est ». Iisdem fere verbis alteram *Balaam* 24, 13 prophetiam orditur. Iuvat h. l. tam Davidis quam *Balaami* exordium adscribere :

נָאָם בְּלִיכָּם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל	נָאָם בְּגָדוֹר שְׁתִים יְהוּנָן
וְגַם בְּגָדוֹר הַקְּמָה עַל	וְגַם שְׁבַט אֲבָרִי אֶל
בְּסִיחָה אֶלְלוֹת יְעַקְּבָר	וְגַם כְּבוֹד נָדָה יְהוָה
	אֲשֶׁר כְּבוֹד כָּדוֹת יְהוָה
	בְּנֵל גָּלְילִי עֲנָכִים :

Ex quo utriusque exordii parallelismo illico cum *Sanct.* concludimus, siue Num. 24, 3, 4, ita etiam 2 Reg. 23, 1 solos s. vatis titulos contineri, et quea de « christo », dicuntur, non ad Servatorem nostrum, sed ad ipsum David referri : Quae « est communis omnium ferme sententia » ; item, falsum esse LXX. בְּנֵי אֱלֹהִים. Ex hoc rursum patet, merito vocibus לְבָנָה Masorethas unus versus membrum absolvere, neque illud cum *Vulg.* LXX ad sequentia esse trahendum : ergo לְבָנָה neque est praepositio de ئَنْ. *Syr.* punctavit لَبْنَةِ iugum, sed is sensus esse non potest. *Masor.* *Chald.* intellexerunt substantivum لَبْنَةِ ; *Chald.* videtur intellexisse *constitutus*, (ut) *altitudo*, vertit enim *exaltatus in regnum*. Vox لְבָנָה aliquoties, attamen raro, tamquam substantivum adhibetur : Os. 7, 16 (cf. 11, 7) ; absolutum لَبْنَةِ Gen. 27, 39 ; 49, 23 ; Ps. 49 (30), 4, vel ut substantivum vel ut adverbium concepi potest. Ceterum locis citatis لְבָנָה de solo nomine vel coelo adhibetur, nunquam de homine ; quare « *constitutus excelsus* » (*Mar.*) expressio esset omnino insolita. Insuper לְבָנָה non est pars. *constitutus*, sed præteritum *constitutus est*. Hinc *Theon.* iudicat, excidisse pronomen לְבָנָה, quod omnes legerint versiones. At eius pronominis in nullo textu superest vestigium, et versiones legebant aut præteritum cum pronominе, aut participium sine pronominе. Unde, si supponamus textum antiquitus, i. e. ante concinnatas antiquissimas versiones, fuisse corruptum, oportebit minutorem corruptionem adstruere, potius quam notabiliorē, et pro לְבָנָה legere לְבָנָה *constitutus*, (ut) *altitudo*, vel *constitutus altus*, quod idem est atque *exaltatus* (*Chald.*) ;

seu, quod etiam probabilius est, *constitutus altissimi, constitutus ab altissimo*. Ita voces, adhibita levissima, quam suggestur versiones, correctione, aptum praebent sensum. Licet addere conjecturam. Voces vix illae ita frequenter in textu hebr. permutantur, atque voceς נ ו ל, ubi advertas, etiam Num. 24, 4 voce נ conclude incisum. Supponamus igitur easdem tempore perantiquo h. l. fuisse commutatas, et legere libebit ל ו כ, *constitutus seu electus Dei*. — In sequenti dein membro non est psaltes (*Vulg.*), sed psalmi (*LXX Chald. Syr.*); tamen sensum *Vulg.* omnino expressit, sonat quippe *Hebr. delectabilis in psalmis Israel*. Videtur vox נ ו נ delectabilis selecta esse propter assontiam cum his usurpatō נ ו נ. Ergo totus versus ita videtur esse vertendus: *Oraculum David filii Isai, oraculum viri constituti a Deo, uncti Dei Iacob, suaviloqui psalts Israel*.

v. 2 « *Spiritus Domini locutus est per me, et sermo eius per lingua mean* ». Sensus clarus est, psaltes inspirationem profitetur: « Non fui nisi interpres et organum supremi rerum Domini; ipse lingua movebat eique prouuntianda verba dictabat; os meum tuba erat ad celebranda in aevum mirabilia eius » (*Duguet*). Verum pro *locutus est potius verte loquitur*: vox enim refertur ad sequentia, et praeteritum ponitur pro re praeter omne dubium certa affirmanda. v. 3 « *Dixit Deus Israel, mihi locutus est fortis Israel* ». Pronomen *mihi* ad sequens referunt codices veteres fecer omnes » (*Vere*), ut etiam *Hebr.* — *Fortis Israel*, נ ו i. e. petra Israel, eadem vox, quae cap. 22 erat tam conspicua, et divinam respicit promissionem domus Davidi aedificandae.

Sanct. : « Haec omnia eo videntur spectare, ut magis appareat fides firmatae per verborum, quae a Deo instinctus propheta numeris inclusit poetis et musicis. Quia vero dixerat haec verba Dei esse, non sua, sicut vox, quae resonat a clangente tuba, non est aenei instrumenti sed tibicinis, cuius inflatur et, ut ita loquar, animatur spiritu: ideo oportuit, ut loquentis auctoritatem et fidem commendaret. Quare illius vocat imprimis *Deum*, non fallacem aut infirmum, qui aut nolit aut non possit promissa atque predicta praestare; non quales gentes et manu fingunt et mente colunt, sed *Deum*, quem colit et veneratur *Israel*; qui *fortis* est, cuius nemo potest aut obstat consilii, aut infirmare aut retardare potentiam etc ».

MESSIAS VENTURUS. « *Dominator hominum iustus, dominator in timore Dei* ». Nostra quidem *Vulg.* comma ponit post *hominum*, hoc modo: « *dominator hominum, iustus dominator in timore Dei* ». Sed « *pro iustus dominator* », inquit *Vere*, « *multi libri iustus, dominator* » scribunt, et consentit *Hebr.* In omnes versiones cum *keri* legebant; *kethib dominator timoris Dei* seu *timens Deum*. Discutienda nobis iam est quaestio,

quae ad totum hoc vaticinium intelligentum primarii omnino est momenti, sintne duo haec incisa continuatio priorum, enumerationis sc. titulorum Dei loquentis, an pertineant ad sequentia, sintque initium divini eloquii tot magnificis titulis annuntiati. Quod alterum omnino defendimus. — Prius a nullo interprete assertum invenimus, et obstant rationes sequentes. Exordium cantici utique aliquid grande annuntiat: verba sane « novissima » tanti vatis egregium quid sint oportet; tituli vatis v. 4 enumerati et affirmata v. 2 inspiratio grande quid portendunt; item invocata v. 3 auctoritas Dei fortis Israel. Verum si verba *dominator hominum* etc. ad priora trahas, quid tandem grande relinquitur? comparatio aliq[ue] aurorae et solis, propriae domus agnita humilitas, contra praevaricatores directa imprecatio. Ut ut vera haec sunt, non sunt adeo grandia, sexcenties in psalmis recurrunt. Ergo verba *dominator hominum* etc. ad sequentia sunt trahenda.

Primum igitur *Münst.*, *Vatabl.*, *Clar.*, *Gord.*, *Mar.* praecedens *michi* interpretari sunt *de me*, et sequentia de ipso Davide intellexerunt. Intellexit item *Est.* de Davide, licet illa vox *michi* interpretatione abstulerit. « *Fortis Deus Israel* », inquit *Münst.*, « dixit ad Samulem prophetam de me, quod ego futurus essem dominator in hominibus, uxrite me in regem et voluit, ut praeessem in timore Dei et conservarem iustitiam ». Aliquam haec explicatio confirmationem accipit a *Chald.*, pro נ ו soriente נ ו; attamen lectio נ inconcusa manet, et verborum de Davide interpretatio ab ipso *Chald.* sequentibus repudiatur. Accedit, haec etiam adhibita interpretatione, argumentum psalmi potius videtur tenue, si cum tam magnifico titulo comparetur. — Alter rem concipiunt *Sant.*, *Tir.*, *Duguet*, qui totum hoc canticum declarant esse « *titulum totius psalterii Davidic* », eorum saltem psalmorum, quia Davidi a Domino inspirati sunt. In hoc porro differre videtur hic psalterii titulus a titulis, quos suis vaticinis ali praeponuerunt prophetae, quia illi prophetarum principis praepositi, hic vero psalmorum omnium fini suppositus est ». Titulus autem psalterii canticum catenus est, quatenus eius *argumentum breviter* resumit. « *Cuius multas sunt partes. Prima est, Deum esse fortis, quod sepe psalmi praedicant; esse Deum dominatorem omnium et iustum sapienti audimus; esse dominatorem in timore Dei, i. e. esse ilorum dominum, qui Deum timent* ». Et ita porro, nam singulatim per totum canticum suum idem prosequitur *Sanct.* Quae expositione ingenuosa est et, si melior non reperiatur, sufficiens. Fatoe tamen aliquid plus etiam cantici titulum praetendere; et, cum *Iacob* et *Moyses* novissima loquentes egregia ediderint vaticinia, expectares « *verba David novissima* » non merum esse prospectum praeicipuarum materiarum in psalmis celebratarum. — Aliam interpretationem affert *Sa* et inter alias recenset *Malv.*: « *Quasi dieat: Qui hominibus imperat, cum Dei timore imperat* ». « *Qui dominatur hominibus istis sc. Israelitis, iustus esto, dominans in timore Dei* ». Ubi regula quadam gubernationis proponitur, fortasse ut illam *Salomon* successor sequatur. Quam expositionem etiam approbat *Duguet*. « *Qui hominibus iuste imperat et in timore Dei, est sicut lux aurorae etc.* » (*Then.*).

Verior ea est explicatio, cuius meminerunt *Castalio* et *Calm.*, quamque suam facit *Chald.*, *verba signata ad messiam referens*. *David*, senio

confectus nec nisi paucis veluti frustatim proferendis verbis par, spiritus tamen divini impetu inebriatus, in unam brevem tesseram comprimit tot prophetiarum summam atque coronam et, venturum haeredem e longinquu salutans, quem videt, proclamat: Dominator hominum iustus! Dominator in timore Dei! ille ex meo semine nascetur, ille solis instar mundum restaurabit, ille domum meam in aeternum firmabit, omnia promissa et desideria implebit, regnum peccati conteret. — Haec sunt novissima verba suaviloqui psaltili Israel, haec supremo concentu comitata est lyra filii Isai : conticuit iam, et appositus est cum Iacob et Moysi. Singulas vaticinii voces quod attinet, promittitur dominator super homines. Non quidem possumus ex kamez sub inferre, totum intelligi genus humanum, nam LXX illud non recipiunt, articulum non expresserunt. Possumus tamen quadamtenus inferre ex oppositione inter « homines » h. l. et « Israel » immediate ante: ergo agitur de dominatore, cuius regnum quidem Israel non excludat, sed ulterius in homines extendatur. Promittitur dominator iustus, eximiae, absolutae iustitiae. Praedicitur dominatus esse in timore Dei; timor Dei motivum et norma erit eius actionum, unde sequitur hunc eum timorem constitutum esse legem subditorum. « Quae ultima verba ostendunt agi de dominatore homine, non autem de dominio Dei; vel si ad Christum referas, consentire videtur Chald. ». (Gord.).

Placet adscribere verba Chald., ubi advertas, vocem David prope initium erroneum suppletum esse, quod in versionibus sat frequens est, et verba ipse est messias glos sam esse, veram quidem, sed a paraphraste adiectam. Dixit David, inquit, Deus Israel, super me locutus est fortis Israel, qui dominatur in filiis hominum, iustus index dixit, constitutum se mihi regem, (ipse est messias), qui surrecturus est et dominatus. Qui textus nostrum locum saltem a posterioribus Iudeis habuit esse messianicum, omnino evincit. Aliqua Chald. habet, quae in Hebr. desunt et obliter consideranti ad paraphrasim pertinere videbuntur; verum eorumdem aliqua vestigia in LXX reperiuntur, unde efficaciter probabilitas aliqua, Chaldaeum nobis praeservasse textum magis integrum eo, qui in Maser. Vulg. Syr. legitur. Et LXX quidem textus sine dubio corruptus est. Pro **רֹאשׁ**, fortis seu petra, legebat **רֹאשׁ**, **רֹאשׁ**; pro **דְּמָנִיתָן** dominator legebat **בָּרֶן**, **בָּרֶן**; ubi ali habent **iustus dominator**, LXX **אֲמַתְּךָ**: iam adscriptam textum hebr., qualem puto prae oculis fuisse Chaldaeo et LXX: Chald. **בָּאָדָם** **צְדָקָה** **מְשֻׁלָּחָה** **אָכָר** **לְכָלָקָם** **לְאָכָר** **בְּסִטָּלָה** **בְּרָאָתָה** **אָהָרָם** **LXX**: **בְּשִׁלְמָה** **בְּאָדָם** **אָכָר** **לְכָלָקָם** **לְאָכָר** **בְּסִטָּלָה** **בְּרָאָתָה** **אָהָרָם** **LXX**: in quibus duobus textibus adverte repetimus **אָכָר** **לְכָלָקָם** (quod etiam esse potuit **אָכָר**, praecedente sc. litera **ל** in **בְּשִׁלְמָה** vel **בְּרָאָתָה**). Illud **אָכָר** apud LXX declarat Wellh. corruptione ortum ex sequenti **בְּאָדָם**: quae tamen exppositio inde infirmatur, quod idem repetitum **אָכָר** apud Chald. etiam legatur, et quidem loco a LXX diverso. Rursum LXX **רְאֵת** Wellh. corruptum putat ex Hebr. **רְאֵת**, sed toto coelo differunt istae duas voces; facilius intelligunt corruptum ex **רְאֵת**. Quas momenta lectioni Chaldaei sicut vindicant probabilitatem, licet ea minor sit probabilitate textus Hebr. Chald. Syri. Uterque textus versus demonstrat esse messianicum. Hebr. secundum Chald.

sic vertes: Dixit Deus Israel, mihi locutus est fortis Israel, qui dominatur in homines; iustus dominus dixit, constitutum se mihi regem: surget et dominabitur in timore Dei.

v. 4 « Sicut lux aurorae, oriente sole, mane absque nubibus rutilat, et sicut pluviis germinat herba de terra ». Descripsit v. 3 dominatoris excellentiam, iam describit dominationis effectus. Ubi primum adscribimus textum hebr., qualis a diversi legebatur :

וכאדור	בָּקָר	וּוְרָה שְׁבָשׂ	בָּקָר	לֹא	עֲבוֹת	כְּמַבָּר
ונכאר	בָּקָר	וּוְרָה שְׁבָשׂ	בָּקָר	לֹא	עֲבוֹת	כְּמַבָּר
ונכאר אליהם	בָּקָר	וּוְרָה שְׁבָשׂ	בָּקָר	לֹא	וְהָהָרָב	כְּמַבָּר
ונכאר	בָּקָר	וּוְרָה שְׁבָשׂ	בָּקָר	לֹא	עֲבוֹת	כְּמַבָּר
						וְהָהָרָב
						Hebr. בָּאָכָר
						Vulg. דָּבָן
						סְדִישָׁוֹן
						דָּבָן
						Syr. אָכָר
						סְדִישָׁוֹן

Voces facillime iunguntur ita: quasi lux matutina orietur (Messias), sol matutinus sine nubibus rutilans; et sicut post pluviam virescere faciens terram, seu herbam de terra (Vulg.). Pulcherrima imago abundantiae gratiarum ex adventu Messiae derivandarum; eademque psalmistae et prophetis perquam familiaris, cf. Ps. 71.

Chald. tantopere paraphrasi indulget, ut ad crux textus adhiberi nequeat. LXX duo nomina divina perperam inserunt. Masor. LXX Syr. punctabant **לְכָלָקָם** a splendore, ab aurora; melius Vulg. **רְתִילָה**. Ante **כְּבָרָה** (**pluvias**) Vulg. LXX legebant **כָּל** et **sicut**, Syr. cum pluribus codicibus hebr. saltet **ר**. Hebr. LXX, **דָּשָׁר**, Vulg. **דָּשָׁר**. Vulg. utrumque simil. — **Keil** subiectum sententia statuit indeterminatum, non Messianum: quasi lux matutina illucasse etc. Est ergo Imago conditions rerum Messiae tempore, cuius utique ipse Messias causa futurus est; et ita sensus rectius in idem. Sed nimis studiose Keil vestigia promit **Clair**, affirmans subiectum sententia evidenter non posse esse Messiam: cur, quasso, verbum יְהִי nequeat praedicari de Messia?

v. 5 « Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum aeternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munatum ». Hebr. determinatum in omnibus atque firmatum. Mea domus est « indigna, cui Deus tanta praestaret » (Sa). Neque est necesse, cum **Them** sententiam intelligere interrogative: « Nonne ita domus mea se habet ad Deum, ut etc.? » Ob propriam indignitatem prouumpit psalmes in affectum admirationis, qualem iam 7, 18 expresserat: « Quis ergo sum, Domine Deus, et quale domus mea, quia adduxisti me hucusque? » « Cuncta enim salus mea et omnis voluntas: nec est quidquam ex ea, quod non germet ». Post voluntas rursum supplent mea Chald. Syr., ergo omne desiderium

meum; *Keil* supplet *Dei*, ergo omne beneplacitum Dei; melius utrumque coniungas, ut sit omne desiderium, sc. tam Dei quam meum. Sed quid sibi vult tota phrasis? Ellipsis adstruunt *Saint.* aliisque: Cuncta salus mea et omnis voluntas mea — ipse est messias; ubi fere necessa erit, cum *LXX* sequens incisum cum v. 6 coniungere: quia non germinabit praevericator etc. Sed praestat, missi ellipsi, stare divisioni versuum, quam alii omnes sequuntur. Si textui *Masor.* adhaerere velis, oportebit cum *Calm.* נִזְמָן sumere interrogative: Cunctam enim salutem meam et omne desiderium, nonne germinare faciet? Quam sententiam si ex interrogatione vertas in affirmationem, habebis textum *Vulg.* Sensus est: erit in regno Messiae abundantia salutis et consolationis. *Chald.* pro נִזְמָן legebat נִזְמָן quaes facilius inter se commutantur: germinabunt ipsi, i. e. coram eo. *Syr.* נִזְמָן קָרְבָּה: Cunctam enim salutem meam et omne desiderium ipse germinare faciet.

v. 6 «Praevericatores autem quasi spinae evel lentur» — *Hebr.* ab-
sidentur, idque melius, nam statim dicuntur non evelli — «universi,
qua non tolluntur manus»; v. 7 «et si quis tangere voluerit eas,
armabitur ferro et ligno lanceato», i. e. hastili, cf. 1 Reg. 17, 7, «igne-
que successus comburent usque ad nihilum». בְּשֵׁבֶת explicant: usque
ad requiem, cessationem, exterminationem; sed num נִזְמָן significat us-
que ad? *Then.* in: cessatione, sine mora, ubi primum cessavit eveltere,
combitur; sensu sati coactus. *Kimchi* vocem derivat a בְּשֵׁבֶת: in
habitando, in habitaculo earum, ubi inventae fuerint; et consentiunt
Pagnin., *Sanct.*, *Duguet*, *Mar.* Legebant *LXX* οὐδὲν τίς τινα γένεται. —
Abundantibus benedictionibus messianicis opponitur ruina completa et
probrosa adversariorum regni messianici. Ne aqua quidem pugna pro-
sternentur, sed velut ignobiles spinae excedunt de terra ope instrumen-
torum divinae vindictae, et igne absumentur.

Vaticinium messianicum esse praeter *Chald.* etiam agnoscunt *Vatab.*,
Sanct., *Malv.*, *Menoch.*, *Lap.*, *Duguet*, *Clair*; sed varie explicant, prout
varie intelligunt v. 3. Fusius de vaticinio agunt *L. Reinke*, *Beitraege IV.*
437 sqq.; *Bade*, *Christologie I.* 472 sqq.

5) Catalogus herorum David 2 Reg. 23, 8-39.

ARG.—Heroes hi 1 Par. 11, 10 accuratius describuntur tamquam ii,
«qui adiuvaverunt eum» (*David*), «ut rex fieret super omnem Israel»;
et inserunt ib. hoc documentum statim post narratum David ab omnibus
tribubus agnitus regem. Ex v. 8 patet fuisse omnes *Gibborim*,
quorum h. l. triginta septem, 1 Par. quinquaginta tres enumerantur;

fortasse etiam plures enumerari potuerunt, maxime cum quibusdam di-
em supremum obcentibus alii subintrarent; tamen vix crediderim, nu-
merum eorum multo maiorem fuisse, neque illos cohortem aliquam con-
stituisse, quae distincta a reliquis cohortibus militaret. Videtur ii potius
fuisse viri fortitudinis eximiae, qui cum rege assidue versarentur et ab
eo ad varia maioris momenti officia deputarentur, quos *Clair* non inepte
vocat «aides de camp»; in proelii ii eorum, qui non imperia quaedam
obtinebant, custodes corporis regis (1 Reg. 28, 2) erant, ut sequens nar-
ratio etiam 21, 17 abunde ostendit. 1 Par. 27, 2-15 recensentur duo-
decim *Gibborim*, qui singuli singulis mensibus praeerant viginti quatuor
millium bellatorum turmæ; *Banaias* constanter praeerat *Cerethis*
et *Phlelethis*, ita ut suam turmam 1 Par. 27, 6 per *Amizabad* filium ad-
ministraret: ergo, ut supra monuimus, *Gibborim* nequaquam ad instar
separatae a reliquis cohortis militabant. Eorum originem habes 1 Reg.
14, 32, ubi «quemeque videatur Saul virum forteum (*Gibbor*) et aptum
ad proelium, sociabat eum sibi». Ex eorum numero ipse fuerat *David*,
qui modo armigeri modo militaris tribuni apud regem partes sustinuerat.
Ergo *Gibborim* non sunt idem atque sexcenti *Gethaei* 2 Reg. 15, 18,
quibus praeerat *Ethai Gethaei*; quod post *Reinke* defendit *Weiss* l. c.
p. 173, vocans illos «die alte Garde».

Iam horum *Gibborum* quatuor insigniuntur titulo *Rosch-ha-Schali-*
schim, «principes Schalischim», sc. *Iesbaam*, *Eleazar*, *Semma*, *Abisai*
(v. 8, 13, 18), dum *Banaias* et *Asael* (v. 23, 25) solummodo *Schali-*
schim dicuntur.

v. 8 רַא שְׂבִילֵי nullatenus potest veri *princeps inter tres* vel *princeps trium*,
sed ad summum *princeps tertii* (*LXX*) vel *tertius* (*Syr.*). *Vulg.* legebat שְׂבִילֵי, loco
parallelo: 1 Par. 11, 11 lahebet הַשְׁלִשָׁה vel שְׂבִילֵי. Infra v. 18 *kethib* habet
שְׁבִילֵי, sed *keri* הַשְׁלִשָׁה, cui asseruntur *Vulg.* *LXX* et locus parallelus 1 Par. 11,
20 dnm. *Syr.* legebat שְׁבִילֵי. *Chald.* vocem non intellexit, substituit *Gibborim*.
Schalisch vel *Schalischi* videtur designatio genus quoddam seu gradum milium; nomen etiam ocurrri post aevum *Davidicum*, in regnatum Iuda quam Israel. 3 Reg.
9, 22; 4 Reg. 7, 2; 9, 25; 15, 23, item apud *Chaldaeos* Ez. 23, 13 et in ipso exercitu
Pharaonis Ex. 14, 7; 15, 4. Quod vero *Aegyptii* hi rhesi reverentur, non probat
Schalischi universum classem fuisse milium e rhediis dimicantium; *Dardici* certe
pedites erant. Iam quod *Schalischi* primum in exercitu *Aegyptiaco* hoc nomine
veniant, suspicione facit, nomen nequaquam ex lingua hebr. esse derivandum, quod
post versiones l. faciunt recentiores, sed fortasso ex *aegyptiaca* vel etiam aliunde,
cf. *Calm.* ad Ex. 14, 7. Similiter nostro aeyo *bnsarorum* et *marescalli* nomina, ex
lingua hungarica et germanica mutata, ad omnes fere Europæ nationes descendente-
runt. Nominis אֲשֶׁר שְׁבִילֵי *triginta* derivatio, praeter soni affinitatem, milio nititur funda-
mento; horum bellatorum numerum ad *triginta*, fuisse limitatam probari nequit,
num omnes nostro elenco enumeratos, qui numerum *triginta* longe excedunt, fuisse
Schalischi gratis supponitur, et insuper alii alibi (1 Par. 12, 4, 18) recensentur

Schalischim. Una ratio, cur nomen Schalischim n. l. interpres plures pro numerai interpretati sint, ea est, quod numerale ternarii **הַשְׁלִשִׁים** reapse identidem in hoc elenco recurrat.

Sed quinam erant Schalischim? Non erant cohors aliqua a reliquis cohortibus, puta Cerethi et Phelethi, distincta: nullibi cohortis Schalischim in rebus bellicis narrandis fit mentio; non recensentur 15, 18 inter eos, qui Davidem fugientem a facie Absalom secuti sint; Banias, qui erat de Schalischim et tamen continuo imperabat Cerethis et Phelethis, certe non erat gregarius miles alterius eiusdem cohortis. Videtur Schalischi esse nomen gradus eiusdem militaris, et Rosch-ha-Schalischim nomen gradus immediate superioris, qui proximus accederet ad magistrum militiae (Ioab). Sicut nos in re militari habemus gradum, « marescalli » et gradum « marescalli locum tenentis », ita Hebrei aevi Davidici habebant Rosch-ha-Schalischim et Schalischim.

Haec expositio confirmatur omnibus iis locis, ubi Schalischim nomen habetur: nullo eorum coginor illud de cohorte aliqua explicare, in pluribus interpretatione de gradu aliquo militari maxime obvia est. Ita 3 Reg. 9, 32 : « De filiis autem Israel non constitui Salomon servire quenquam; sed erant viri bellatores, et ministri eius, et duces » (שָׁרֶר, cf. supra 18, 1), de Schalischi, et praefecti currum et equum ». 5 Reg. 7, 2 : « Et respondit ille Schalischi, qui astabat ad dexteram regis ». 9, 25 : « Et dixit Iehu ad Balaccer ducem », i. e. Schalischi, utique unum ex duabus nobilioribus, 13, 23 : « Conjuravit autem adversus eum Phaez, Elias Romeliae, qui erat Schalischi eius ». Ez. 23, 13 describitur Ooliba capta insano amore ducum i. e. Schalischim Babylonicorum, quorum imagines in muro depictas viderat. Ex. 14, 7; 15, 4 Schalischim Pharaonis etiam posunt intelligi duces dignitatee praestantes. Huius tandem explicatione admissa intelligos, cur Ioab usquam inter Gibborim vel Schalischimi recensetur: licet se ipse in eorum aliquando numero fuisse, ad superiorem dignitatem magistri militaria ascendit. Item Amasa, qui inter Gibborim non recensetur: quodsi dixeris, eundem illum esse atque Amasai 1 Par. 12, 18, respondebo, cum, quo tempore ad Davidem primus accessit, reapse fuisse in gradu Schalischi tantum, postea vero brevi tempore dignitatem magistri militiae obtinuisse, ideoque in elenco Gibborim non recenseri. Tandem intelliges, cur Abisai, qui Rosch-ha-Schalischim appellatur, tamen inter duodecim praefectos turmarum 1 Par. 27 non recensetur. Ipse scilicet illum gradum militare obtinebat, sed quod continuo Ioah fratri tamquam eius « aide de camp » adesset, ad alia militaria imperia deputari hanc poterat. — Quibus praemissa est clencili herorum explicationem accedimus.

v. 8 « *Haec nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi terrerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.* » Textum hebr. esse corruptum atque ex 1 Par. 11, 11 restituendum, consentiunt critici, cf. Vere. Ibi legitur *legitum* בְּנֵי הַכֹּהֲנִים, *Iesbaam filius Hachamoni*, ubi nos habemus *שבָבָה* שְׁבָבָה הַכֹּהֲנִים. Ultimae vocis ה initialis ortum est reduplicatio praecedentis ה finalis, reliqua facile componuntur; *שבָבָה* ex v. 7 hue irrep-

sisse, iam adnotavit *Kennicott*. Etiam altera versus pars emendatione indiget. Ex comparatione cum 1 Par. 11, 11 colligitur, pro *kethib* הַרְאָה, vel *הַכֹּהֲנִים* substituendum esse *keri* כְּרִיבָה, non ab יְהִי agitare, sed ab יְהִי nudum esse, vertit *eduxit gladium*. Ceterum *LXX* cum versione keri etiam versionem kethib conglutinat, et eam de altero aliquo heroe intelligit, de *Adino Enzita*; *Syr.* de *Gedehu*, qui descendit (רַבָּה נִזְנְתָה). *Vulg.* a novo heroe introducendo feliciter abstinuit, verba serviliter transluit secundum lectionem, quae ad keri proprius quam nostrum kethib accedebat: *הַרְאָה צָדְקוֹן הַמְּלָךְ שְׂמִינִי*. — Versus secundum 1 Par. 11, 11 ita vertendus: Haec nomina Gibborim David: Iesbaam, filius Hachamoni, Rosch-ha-Schalischim; iste levavit hastam suam super trecentos (?) vulneratos impetu uno.

S. Hier. nomina propria, quae corrupta lectione prae oculis habebat, appellative transtulit, sicut *Chald.* totum textum de Davide intelligens; ino vox *David* postmodum in non paucis codicibus repetebatur: *Haec nomina fortium David. David sedens etc.* Atque in eundem sensum iam *Ps. Hier.* textum interpretatus est (ad 1 Par.), dum *Beda* optime perspexit, non de Davide esse sermonem, sed de Losham. — Qui h. l. *filius Hachamoni* dicitur Iesbaam, idem 1 Par. 27, 2 *filius Zabdiel* scribiunt: rem componit *Keil*, fusse illum filium Zabdiel de stirpe Hachamoni. — Adscribimus conjecturam *Wellh.*, nonnulli quidem andicorum. Legebat *LXX* v. 7 *שְׁבָבָה* pro *הַשְׁבָבָה*, hoc vero versu *Iesbaam* i. e. *הַשְׁבָבָה*, Iosebath pro Iesbaam; 1 Par. 11, 11 habent *יְסָבָבָה*. Unde si recolamus, quam faciliter in graeco Δ et Λ (*Ιεσαβάν*, *Ιεσαβάρ*) commutentur, et quonodo in libris historiis V. T. (cf. dicta ad 1 Reg. 14, 49) iterato in nominibus propriis substituentur *שְׁבָבָה* « opprobrium » pro Λύγος, idiota nomine, non abscon fortasse videbatur conjectura, ex una parte *שְׁבָבָה*, ex altera *שְׁבָבָה* et *יְסָבָבָה* seu *Ιεσαβάρ* recovari ad formam originalē *שְׁבָבָה*, Isbaal. Nota tamen, *Ios.* habere *Ιεσαβάρ*, ergo etiam ipse apud *LXX* legebat *שְׁבָבָה*. — Pro *octingentis* 1 Par. 11, 11 *trecentos*, *Ios.* « *nongentios* » et ita etiam codex legion. (apud *Vere*) et quatuor codices græci. Quodsi h. l. ui v. 18, legendum sit *trecentos*, maiori etiam ponderis esset *Sancti* andividens. — Notum est, magnam aliquam multitudinem atque indefinitum disparibus admodum numeris significari. Si dicimus: millies audi vi, centies, decies, septies. Quanta sit inter hos numeros differencia, quis non videt? at est eadem omnino significatio. Ceterum poterit Iesbaam intelligi interfecisse magnum illum numerum non solus, sed cum sua cohorte, nam et illud iam exūnum erat facinus, ut una cohortes primo impetu tantam hostium multitudinem prostraverit.

v. 9 « *Post hunc Eleazar, filius patrui eius, Ahohites; inter tres fortes, qui erant cum David, quando exprobraverunt Philisthiim, et congregati sunt illuc in proelium.* » Non debuit *Vulg.* vertere nomen proprium patrui eius sed cum *LXX Chald.* *Syr.* *Ios.* illud servare, *filius Dodo* vel *Dodi*. *Inter tres fortis*; id clarius exprimit 1 Par. 11, 12 « qui erat inter tres Gibborim »; *לשָׁה* h. l. significare non Schalischim, sed numerum ternarium, ostendit v. 18, 19, 23. *Philisthiim* in

Hebr. patet esse accusativum, ergo illi tres heroes provocaverunt Philistaeos. Sed quo illuc? Reapse lectio בְּהַרְפָּטָם נָאכְפִּי שֶׁם defec-tiva est; copula necessario alicubi inscrenda, quod praestitere versiones; בְּשֶׁ ad locum prius expressum refertur, sed nullus ante exprimebatur; verbum גָּדוֹלָה cum בְּ construi non consuevit. Hinc tamquam genuina praeferenda est lectio 1 Par. 11, 13 בְּכָס בְּרִים וּבְלִשְׁתִּים נָאכְפִּי שֶׁם, ergo: qui erant cum David in Ephesdammim, et Philistaeum congregati sunt etc. Qui locus idem est, qui habetur 1 Reg. 17, 1 et a *Vulg.* vertitur « in finibus Domini ». Correctioni consentit *Ios.*, nam ἡ Λεπτάμηνος est בְּכָס בְּרִים, quod per metathesin et corruptionem ortum est ex בְּכָס בְּרִים (*Then.*).

Recte Ahohites *Vulg.*, cum 1 Par. 11, 12, ubi pro בְּנֵי legitur הָנָה *Hebr.* LXX Chald. h. 1. filius Ahohi; sed positi nomen patris (Dodo) in nostro catalogo consuevit nomen patriae seu stirpis exprimi. Cf. v. 28; 1 Par. 11, 29. Ahohites videtur esse derivatum ab Ahoe 1 Par. 8, 4, nepte Benjamin (*Ges.*). Iam noster Eleazar, filius Dodo, Ahohites omnino videtur esse idem atque Douda Ahohites 1 Par. 27, 4, cum omnes illi dices turmarum ex Gibhorim sint desumpti, et quidam fero ordine nobilitatis, ille autem Douda secundam turmam obtinebat secus in nostro catalogo desideraretur. — Sequuntur usque ad alteram v. 11 partem desunt 1 Par. 11; ea ibi aliquando scripta fuisse, sed, scriba ab uno « et congregati sunt Philistaeum » ad alterum transiliente (*Kennicott.*), excidisse, inde patet, quod Semmae (hic v. 11) nomen 1 Par. 11, 13 non exsistet, et tamen v. 15, 18 tres exhibeantur, qui ante fuerint recogniti.

Primum membrum v. 10 recte *Vulg.* ad sequentia traxit, reliquis illud v. 9 iungentibus. v. 10 « Cumque ascenderint viri Israel » fugientes (*Sanct.*), quod patet sequentibus, « ipse stetit et percussit Philistacos, donec defecret manus eius et obrigesceret cum gladio », « contractione nervorum prae labore » (*Sa.*); « fecitque Dominus salutem magnam in die illa, et populus qui fugerat reversus est ad caesorum spolia detrahenda ». *Hebr.* tantum ad caesorum etc. quod explicat *Malv.*: « Nihil opus fuit pugnare, sed tantum de caeo hoste spolia reportare ». v. 11 « Et post hunc Semma, filius Age, de Arari. Et congregati sunt Philistaeum in statione, erat quippe ibi ager lente plenus. Cumque fugisset populus a facie Philistaeum », v. 12 « stetit ille in medio agri et tritus est eum percussitque Philistacos; et fecit Dominus salutem magnam ». Hae omnes pugnae nos ad regni Davidicis initia revocant, quando Philistaeorum terror adhuc Israelitas obtinebat, et res singularibus adhuc certaminibus dirimebatur. Imo potuit una alterave harum pugnarum tum locum habuisse, quando David iuvenis a Saulo praefectura militari insignitus fuerat.

Semma 1 Par. 11, uti diximus, excidit; 1 Par. 27 aut identicus est cum Samaoth Iezerite v. 8, quod dignitatis locus suadet, aut dicendum est praefectura turmae non

fuisse honoratus. Adverte 1 Par. 11, 14, ubi *Vulg.* habet Arorites et LXX τοις Ἀροτζοῖς. *Hebr.* Syr. legere, « de Aror » cf. 1 Reg. 30, 28; unde probabile appareat, per Arari h. 1. et v. 33, vel Harodi v. 25, intelligi Aror tribus Inda. — In statione *Malv.* iam meminit explicationis in cetera, contra quam morito obicit *Then.*, eam vocem videri superfluam post verbum congregati sunt. Ceterum הַהָרָה aptius vertitur *castra*, quod patet ex 1 Par. 11, 15 substituente בְּנָה et *Vulg.* vertente in statione et *castra* (v. 13). Videtur ea esse vox antiquata, loco cuius 1 Par. eam, quae planius intelligeretur, substituit. *Vulg.* LXX *Ios.* perspexerunt designari locum, ad quem utique respectu sequens בְּשֶׁ ; *Ios.* εἰς τόνον Σαχαράν, punctatabilitate גָּדוֹלָה, Lechi, qui locus Ind. 15, 9 ob Samsonis de Philistaeis victorianis celebratur. Falsa punctatio גָּדוֹלָה ex analogia ad חַדְרָה v. 13 orta est. — Pro tente 1 Par. habet hordeum: facile communari in manucriptis poterant נְצָרָה et שְׂעִירָה (Calm.). — Pro עֲשָׂרָה facit, 1 Par. בְּרָהָה salvavit, formae valde similes.

v. 13 « Necnon et ante descenderant tres, qui erant principes inter triginta, et venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam; castra autem Philistinorum erant posita in valle Gigantum ». Vox tres articulo caret, unde censuere Abul., Cai., Sanct., Sa esse diversos a tribus primis: Ieshaam, Eleazar, Semma. Et Ps. Hier., traditione nisus nescio qua, nominat Abis, Sibbachai Usathiten, et Jonathan filium Semmae. Certe heroes illi, quicunque tandem fuerint, in numero triginta septem (v. 39) includuntur. E contra Vatabl., Mar., Malv., Menoch., Gord., Calm. censem intelligi cosdem illos tres primo iam loco recensitos, cui sententia accedit *Ios.* et, nisi videtur, etiam *Vulg.*, cum eventum arctius cum praecedentibus copulans. Utique vix probable appareat, in nostro clenco, qui totus in recensendis nominibus est (cf. v. 8 « Haec nomina fortium David »), unum aliquod praecellere gestum tacitis nominibus narrari. Dein expressio v. 19, 23 « usque ad tres non pervenerat » suggerit, ante v. 18 non de pluribus quam tribus sermonem fuisse. Sed tum, tam h. 1. quam 1 Par. 11, 13, supplex erit articulus, res in texu erroribus haud carente nequaquam improbabilis; ubi notat *Then.* etiam 1 Par. 11, 18 legi articulum, qui in texu parallelo intercederit.

Tres, qui erant principes inter triginta. Patet *Sanct.*, illos tres dici fortiores alias triginta, qui post eos usque ad finem capituli numerarentur; neque obest, numerari praeterea illos tres non triginta, sed unum supra triginta. Sed s. textus proprius illos non dicit principes inter triginta, sed tres (keri) de triginta principibus, nisi vertantur — *Vulg.* LXX ad 1 Par. 11, 15. Chald. שְׁלֵשִׁים non intellexit numerale, sed vertit Gibhorim, quod non veriterem Schalischim; שְׁלֵשִׁים ignorabant LXX Syr. h. 1. et Syr. ad 1 Par. 11, 13. Ceterum ex texto evideenter incerto nulla potest erui peremptoria difficultas. — Tempore messis: vix altera verbi potest אֶל, licet אֶל הַחַדְרָה, in petram, speluncam quippe Odollam in rupe aliqua erat, cf. Calm. Quidam haec loca cf. 1 Reg. 22, 1; 2 Reg. 5, 18. Pro inusitato הַחַדְרָה rursum 1 Par. substituit בְּרָהָה.

v. 14 « *Et David erat in praesidio* »; (cf. dicta 1 Reg. 22, 4) « *porro statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem* ». Gesta haec esse putat Malv. durante bello, de quo 3, 17. — v. 15 « *Desideravit ergo David et ait : O si quis mihi daret potum aquae de cisterna, quae est in Bethlehem iuxta portam !* » Seu potius in porta, in qua de more gentis Israelitiae maximum esse solet urbis munimentum » (*Sanct.*) ; ergo intra portam. *Menoch.* : « Nec iussit David suos aquam afferre, nec eo animo est locutus, ut ipsi regi gratificantes se in illud discrimen darent. Accidit tamen, quod in huiusmodi fieri amat, ut sc. desideria principum subditis sint pro iussionibus ». *Sanct.* : « Sic ergo reor, in cisterna Bethlehem nihil meliores esse aquas, quam quae in aliis cisternis e coelestibus pluvii esset collecta ; fecit tamen patriae memoria et naturalis amor, ut aqua, quae ex patria cisterna hauriretur, multo esset iucundior, multo magis ad stomachum ». Porro contendunt *Sanct.* et *Lap.*, primarie desideravisse Davidem patriae liberationem, id vero desiderium figurate enuntiasse, exprimere appetitum aquae ibidem asservatae. v. 16 « *Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, et hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quae erat iuxta portam, et attulerunt ad David ; at ille noluit bibere, sed libavit eam Dominino* », — « *quasi victimarum obtulisset sanguinem* » (*Sanct.*), « *quia aquam tam pretiosam, emptam sc. humano sanguine, dignam esse iudicavit, quae Domino libaretur per extraordinarium quoddam sacrificium* » (*Menoch.*), idque late sic dictum. Unde perperam ex hoc facto *Rabbi Levi* (ap. Mar.) colligebat, posse fieri aquae sacrificium, aut *Sa*, fuisse illam aquam vino mixtam. Longius item *Ps. Hier.* (in 1 Par.) progressus asserit : « *Sacrificaveat eam Dominus gratias agens, quia tam fortes viros in Israel dederat* » ; id verbis nequam exprimitur. *Verius Ps. Eucher.* aliquippe : « *Vicit naturam, ut sicut non biberet, et exemplum de se praebuit, quo omnis exercitus tolerare situm diseret* ». — v. 17 « *Dicens : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc : num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, et animarum periculum bibam ? Noluit ergo bibere. Haec fecerunt tres robustissimi* », tres Gibborim primo loco nominati. Pro merito *Dominus*, quod cum *LXX* vocativo esset exprimentum, codices plurimi, *Syr. Chald.* et 1 Par. legebant *תְּרֵבָה*. — *Hebr.* *Num sanguinem hominum, qui iverunt pro vita sua — : bibam supplet* 1 Par., et h. l. *Vulg. LXX* ; aut est aposiopesis, quam 1 Par. explicavit, aut textus h. l. ex 1 Par. est complendus.

Iam primo ternario absoluto, ad alios heroas insignes describendos procedit s. auctor. v. 18 « *Abisai quoque, frater Ioab, filius Saruiae, princeps erat de tribus ; ipse est, qui levavit hastam suam contra trecentos* »,

Ios. « *sexcentos* » ; idem codex Legion. (ap. *Vere.*) et quatuor codices graeci, « *quos interfecit ; nominatus in tribus* », v. 19 « *et inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non pervernerat* ». Verte : Erat Rosch-ha-Schalischim . . . et ipsi nomen erat inter Schalischim, et inter Schalischim nonne gloriosus erat? *יבנ*, cf. 9, 1. — *Primos* explicationis gratia *Vulg.* addidit : intelliguntur Iesbaam, Eleazar, Semma. Sensus planus est : nomen sibi fecerat Abisai et gloriam acquisierat inter Schalischim, tribus tamen celebratissimis herobus non equiparabatur. Miram versionem proponit *Keil* (1 Par.) : trium herorum princeps erat, licet virtute illis nequaquam esset par. — 1 Par. 11, 21 addidit *כִּי־בַּשְׁבָד*, « *et inter tres secundos inclutus* », *LXX* *וְנִזְבַּח* ; quam vocem *Syr.* ignorat. El sane imprimis voce debetur multorum placitum, nostrum elenchum confici duobus ternariis, quibus inde a v. 24 tercia herorum classis addatur. Primus ternarius Iesbaam, Eleazar, Semma. Secundus Abisai, Banaias, et tertius quidam, cuius nomen *Menst.*, *Vatabl.*, *Clar.* reticeri putant, dum *Abul.*, *Menoch.*, *Calm.* Asaelem v. 24, *Cler.* Ioabum, *Lap.* Jonatham, filium Samaa fratris David 21, 21 suggerunt. Ast secundus ille ternarius ex texto emungi nequit, Asael 1 Par. 11, 26 evidenter tertiae classi adscribitur. Aliunde integratis textus 1 Par. 11, 21 non extra dubium versatur. Ubi is *כִּי־בַּשְׁבָד*, ibi noster textus habet *יבנ*, cui 1 Par. 11, 25 correspondet *יבנ* : num aliquid 2 Reg. irrepescit in textum, aut aliquid 1 Par. exciderit, aut textus deformatus fuerit, affirmare nequimus.

v. 20 « *Et Banaias, filius Ioiadae viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel ; ipse percussit duos leones Moab, et ipse descendit et percussit leonem in media cisterna in diebus nivis* ». Id additur, non quod eo tempore leones sint feroiores, aut homines ad pugnandum minus expediti ; sed ut tempus eventus et memorabilis circumstantia designetur. *Sanct.* putavit, percussos esse veros leones : sed non dicuntur simpliciter leones, sed leones Dei ; tamen secundum usum loquendi scripturæ, leo Dei intelligi potest leo magnitudine et ferocitate praestans. *Bochart* Hieroz. P. I. I. III. c. 1 p. 716 sq. ostendit, apud Arabes et Persas heroes nomen habuisse leones Dei : sed num is loquendi modus Hebraicis etiam usitatus erat? Id videtur sensisse *Syr.* *gigantes*, *Chald.* *magnates*. *LXX* habet *duos filios Ariel Moab*, sed 1 Par. *LXX* omittit *filios*. *Ios.*, *LXX* secutus, putat fuisse duos fratres Moabitas. Lectio *LXX* h. l. inde utique commendatur, quod vox *Ariel* omnino videatur esse singularis, ergo non « *leones* ». — Banaias dux erat Cerethi et Phelethi 8, 18 ; 20, 23, dux tertiae turmae 1 Par. 27, 3. *Eius* pater erat sacerdos (ib.), probabilius idem qui 1 Par. 12, 27 « *princeps de stirpe Aaron* » appellatur ; eratque de Cabseel, civitate in finibus Iuda ad meridiem sita *Ios.*

13, 21. Ad ipsum patrem refertur *viri fortissimi et facinoribus incliti*.
 v. 21 « *Ipsa quoque interfecit virum Aegyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam; itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegyptii, et interfecit cum hasta sua.* »

Pro נָשָׁב legendum *keri נָשָׁב aspectus (spectaculo)*, item LXX ad 1 Par.; reliqui ibi כְּכָה, ergo *virum procerum*; sensus idem. 1 Par. addit fuisse quinque cubitorum, et lanceam sicut licitorum texentem; LXX h. l. ait fuisse sicut lignum δεκαριών, quod potius quam scalam nauticam malum interpretari eum contum, quo scaphas trans fluvium, puta Iordanem, propellere consueverat. Quae quidem comparatio haud videtur Hebreis universis fuisse familiaris, potius vero inhebi ab ipsius LXX, rei nauticae in Aegypto inferiori nequaquam ignaris. Comparatio e contra licitorum texentum (cf. 21, 19; 1 Reg. 17, 7) videatur Hebreis fuisse per quam familiaris eoque minus premenda. Sed commode etiam textus omni comparatione caret, quicquid efficacius percellat oppositio lanceam inter et baculum (Wellh.).

v. 22 « *Haec fecit Banaias, filius Ioiadae* », v. 23 « *et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores, verumtamen usque ad tres non pervenerat, fecitque eum sibi David auricularium a secreto* ». Vertendum uti v. 18 sq.: Et ipsi nomen erat inter Schalischim, et inter Schalischim glorirosus erat, verumtamen usque ad tres respiratos (Jeshaam, Eleazar, Semma) non pervenit. Qui tres cum in posteriori Davidis historia nunquam commemorarentur, dum Abisai et Banaias constanter nominantur, censendi sunt maturius iam obiisse. — *Auricularium a secreto*: 1 Reg. 22, 14 ostendimus, ut intelligi cohortem prætorianam, que hic non alia esse videtur, quam Cerethi et Phelethi, cf. 20, 23.

Sequuntur Gibborim reliqui, qui 4 Par. 11, 26 introducuntur hac formula: « Porro fortissimi viri in exercitu ». v. 24 « *Asael, frater Ioab, inter triginta* », i. e. inter Schalischim.

Quod additum *Keli* conset etiam valere pro omnibus sequentibus herobus; ast id minime liquet. Additum omissit 4 Par. Videntur h. l. legiisse LXX וְאֶלְף שְׂבָתִים בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, et haec nomina Gibborim David regis; verum וְאֶלְף הַבָּלָק, et haec nomina Gibborim David regis; verum וְאֶלְף שְׂבָתִים בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, et altera pars in eius fortasse ortum duxit ex verbis 1 Par. adiectis הַלְוִיִּם. Quod Asael Schalischim adnumeretur et 1 Par. 27, 7 unius ex duodecim turmis praeficiatur, ostendit varius in exercitu Davidis ordines et cohortes iam ab ipsis regni primordiis fuisse distincta; sed non est necesse admittere, iam tum singulas turmas virginis quatuor bellatorum millia numerasse.

« *Elchanan, filius patrum eius, de Bethlehem* »; filius Dodo vel Dodi, cf. v. 9. Sed non idem atque ibi Dodo videtur intelligi, cum ille Ahohites

dicatur, a nomine sive ignotae urbis sive Beniaminitae cognationis, hic Bethlehemitus dicatur et fortasse idem sit atque Elchanan, filius Iair, Bethlehemitus 21, 19 (*Lap.*), v. 25 « *Semma de Harodi* ». Is 1 Par. 11, 27 vocatur Sammoth סָמוֹת, videturque idem esse cum Samaoth Iezerite, שָׁמָוֹת, 1 Par. 27, 8 (*Calm.*): cum enim reliqui ibi duces omnes ex Gibborim sint desumpti, etiam Samaoth videtur indidem repetendus.

Iezerites idem est, quod Ezrahitae אֶזְרָחִים 3 Reg. 4, 31 (5, 11) et Zarahi זָרָחִי 1 Par. 27, 11, 13, et designat familiam derivatam a Zara זָרָה, filio Iuda (*First.*). Fuit Semma de Harodi seu Aroci (1 Par. 11, 27), nam eae duas formae constant permutantur, ergo ex eodem loco unde v. 11 alter Semma. Unde suspicatur Calm., esse eandem virum; potiusque nomen h. l. repeli ad duos Haroditus, Semma et Elicia, copulandos, uti v. 24 copulantur duo Bethlehemitae, v. 28 sq. duo Netophathites, v. 33 rursus duo Haroditae, v. 38 duo Iezirithae (*Wellh.*). Sed obest, primum quod Semma stirpis Zarai Arorites non tamen evidenter idem sit atque Semma, filius Ago, Arorites; sed quod, si unus esse supponatur, herorum nomina ad triginta sex reducantur, cum v. 39 esset triginta septem affirmantur. Sed ad hoc respondemus v. 31.

« *Elica de Harodi* »: excedit is 1 Par., et h. l. apud LXX Syr., id que facile potius obtinere propter bis repetitum de Harodi. 26 « *Heles de Phalti* », quem Then. oriundum putat ex Bethphelet tribus Iuda los, 13, 27. Is 1 Par. 11, 27; 27, 10 dicitur Phalonites. « *Hira, filius Acces, de Theucas* », cf. 1 Par. 14, 28; 27, 9; quoad Thecas 2 Reg. 14, 2, — v. 27 « *Abiezzer de Anathoth* », urbe sacerdotali tribus Beniamini los, 21, 18, haud longe ab Ierusalem, patria Ieremiae prophetae, cf. 1 Par. 11, 28; 27, 12. « *Mobonnai de Iusathis* », Pro סְבִיבָה legendum esse keri סְבִיבָה, Sobbochati, patet ex 21, 18; 1 Par. 11, 29; 20, 4; 27, 11, — v. 28 « *Solomon Ahohites* ». Ad stirpis nomen cf. v. 9. Pro נְצָרָן legit 1 Par. 11, 29 לְצָרָן; formam intermedium exhibet h. l. LXX Ἐλέσσων. « *Maharai Netophathites* ». Cf. 1 Par. 11, 30; 27, 13, ubi is dicitur « de stirpe Zarai », de qua ad v. 25 disserimus. Netupham habes 4 Reg. 23, 23; 1 Esdr. 2, 22; 2 Esdr. 7, 26. Ex ultimo textu et ex 1 Par. 2, 34 efficitur, locum haud longe abfuisse a Bethlehem. v. 29 « *Heled, filius Baana, et ipse Netophathites* ». בְּלִדְךָ haben Hebr. Chald. Syr., בְּלִדְךָ Vulg. LXX, 1 Par. 11, 30; 27, 13, ubi additur « de stirpe Gethoniel », patriarchae cuiusdam (4, 13) tribus Iuda. « *Ithai, filius Ribai, de Gabaath filiorum Beniamini* », utique diversus ab Ethai Gethao 15, 19; cf. 1 Par. 11, 31, — v. 30 « *Banaias Pharathonites* », cf. 1 Par. 11, 31; 27, 14. Ex Pharonthe terrae Ephraim fuerat index Abdon Iud. 12, 13, 15. « *Hedda de torrente Gaas* », vel de convallibus Gaas, utrumque enim hebr. vox sonat.

Pro *הַדְבָּרָה Hebr. Vulg.* LXX 1 Par. 11, 32 דְּבָרָה. De Iosue dicitur Ios. 24, 30; Ind. 2, 9: « Sepelireruntque eum in finibus possessionis suae in Thamnath Sare, quae est sita in monte Ephraim, a septemtrionali parte montis Gaas ». Iam V. Guérin 1863 reperit sepulcrum Iosue in colle, ubi vicus Deir-ed-Dham, opposito reliquis urbibus Khrbet-Tibneh. Cf. Vigouroux : La bible et les découvertes modernes, 3^e éd., t. III, p. 195.

v. 31 « *Abialbon Arbaithites* », i. e. ex Beth Araba Ios. 13, 61; 18, 22, quae, ut comparatione Ios. 15, 6 et 18, 18 patet, etiam Araha vocabatur. Erat ea urbs in finibus Iuda et Benjaminis sita. Abialbon apud LXX vocatur 'Αρβάν (proprie Γαζεύης), sed Γαζ non est nisi praecedens Gaas repetitum), item apud omnes 1 Par. 11, 32; unde comicit Wellh., nomen primitus fuisse Abibaal, quod hinc per metathesin evaserit Abialbon, illine per nominis divini mutationem Abiel. « *Aznaveth de Beromis* ». Hic בֶּרֶם, 1 Par. 11, 33 ; חֲרֹבִים ; Syr. h. l. יְמִין, qui secus Bahurim vocat בְּתֵי חֲרֹבִים, cf. 3, 16; 16, 3; rursum 3, 16 legunt LXX Βαραΐη. Hinc iam inferebat Malv. legi oportere h. l. Bahurim tribus Beniamini. v. 32 « *Elaiba de Salaboni* », fortasse Selahon סֵלָהָן, Ios. 19, 42, urbs tribus Dan prope Beniamini. « *Filius Iassen, Jonathan* ». v. 33 « *Semma de Orori* ». Textus restituendus ex 1 Par. 11, 33: « Benphassem Gezonites. Jonathan, filius Sage, Arorites ». Semma videtur corruptum ex Sage, idque eo facilius fieri potuit, quod v. 11, 23, duo Semma Aroritae fuerint recensiti. Vel etiam dicas cum Wellh., eundem esse Sage qui v. 11 Age, atque in patris locum nomen filii Semma subintrasse. Gezon ignoratur. « *Ahiam, filius Sarar, Arorites* ». Pro Sarar 4 Par. 11, 34 Sachar, quod videtur confirmari 1 Par. 26, 4, si tamen Sachar ibi appellatus, filius Obededom levitiae, idem sit cum nostro Sachar vel Sarar. v. 34 « *Elipheleth, filius Aasbai, filii Machati* ». Avus nullibi secus in elenco recensetur. 1 Par. 11, 33 sq. habet: « Eliphail, filius Ur. Hepher Mecherathites ». מְכַרְתִּים utique corruptum esse potest ex גְּהַרְתִּים, cum 1 Par. habeatur forma mixta עֲמָחָתִים. Maachathites intelligitur vel oriundus ex regno Macha (10, 6), vel ex urbe Israelitica Abel Bethmaacha (20, 14). Cf. 4 Reg. 25, 23.

Cum ita h. l. ex uno Elipheleth fiant duo, Elipheleth sc. et Hepher, reapse nisi Semma v. 25 idem esse cum Semma v. 11 agnoscat, pro triginta septem v. 39 in nostro elenco habebuntur triginta octo heroes. Tamen identitas quaestio hinc necrum absolute solvit, cum non sit impossible, clausulam illam a non inspirato auctore post corruptum v. 34 fuisse introducant.

« *Eliam, filius Achitophel, Gelonites* », cf. 15, 12; corrupte 1 Par. 11, 36 « *Ahia Phelonites* », v. 35 « *Hesrai de Carmelo* », de Carmel civitate Iuda 1 Reg. 25, 2. « *Pharai de Arbi* ». Vulg. LXX ad 1 Par. 11, 37 mendose Naarai. Videtur intelligi Arab. Ios. 15, 52 in montanis Iuda.

v. 36 « *Igaal, filius Nathan, de Soba. Bonni de Gaddi* ». Pro Igaal 1 Par. 11, 38 Iobel, et pro filius, frater. Si genuina sit lectio frater, quod quidem definiri aegre potest, tum lectio de Soba (cf. 8, 3) certe est erronea, cum ille, qui frater prae patre recensetur, non possit esse nisi vir notissimus (cf. v. 18, 24 « frater Ioab »), ergo Nathan propheta, qui era Israelita, non Sobaita. LXX trahunt נָתָן ad sequentia, scribentes nomen viri Πέλασσόντας, et pro יְהָוָה legunt יְהָוָה; item 1 Par. 11, 38 omnes, legentes (amen סְבָבָה מְשָׁאָה) pro מְשָׁאָה Ergo : Igaal (vel Iobel), filius (vel frater) Nathan. Misba (vel Mibahar), filius Agarai (vel Agad-di). v. 37 « *Selec de Ammoni* », i. e. de filiis Ammon. « *Naharai Berothites, armiger Ioab, filii Sariae* », de Beroth Beniamini 4, 2. — v. 38 « *Ira Iethrites* », aliud, uti videtur, ab Ira Iairite 20, 26. « *Gareb et ipse Iethrites* ». Iether 1 Reg. 30, 27, prope fines meridionales tribus Iuda. v. 39 « *Urias Hethaeus. Omnes triginta septem* ».

Iam totum nostrum herorum elenchem quod attinet, adverte eum ita esse constructum, ut primo loco nomen herois scribatur, deinde nomen patris, inde nomen stirpis, tandem nomen loci originis; non utique pro singulis singula. Pro patre his frater ponitur (v. 18, 24 Ioab), fortasse etiam tertio (v. 36 Nathan), quoties se. frater clarus sibi nomen comparavit. — Ex triginta septem herobus quindecim certo oriundi sunt ex tribu Iuda, sex ex tribu Beniamini, duo ex Ephraim, unus ex Dan, unus ex Nephthali, alienigenae duo. Decem manent incerti: Leshaaon, Semma, Elica, Sibbochaa, Benphassem, Jonathan, Ahiam, Eliphelieh, Igaal, Mibahar; quorum tamen plerique supponendi sunt ad tribus Iuda et Beniamini pertinuisse. Ex his ergo tribubus derivabantur Gibborim plerique. — 1 Par. 11 nostro elenco sexdecim saltem nomina adduntur. Unde queri potest, quot nomina existent in antiquo documento, ex quo uteque elenches derivatis est. Probabilis triginta septem; in his enim, quae adduntur, nominibus non tam accurate, quam in prioribus, stirps vel locus originis describitur; posterius igitur illa nomina elencho adiecta esse videntur. Fortasse eorum virorum aliqui Salomonico potius, quam Davidico aeyo floruerunt.

6) Populi census 2 Reg. 24, 1-25.

Arg. — Elatus animo David frustraque obnitente Ioab totum populum recenseri iubet. Quare Deus illi per Gad prophetam trium poenarum optionem dat. Quarum ille, quod Dei quam hominum manibus se credere mallet, pestem eligit. Plaga ipsam Hierosolymam iam attingente, misericordia Dominus et sacrificio in area Arcuana oblato placatur.

Intime haec quoque narratio cum Historia David connectitur. Exhibitetur sc. David eius neglectae fiduciae poemas ferens, cui tota domus eius a Deo aedificanda tamquam inconcuso fundamento erat superstruenda,